

tre tertium presentare, quia tunc sicuti patronus potest presentare secundum ex toto, recedendo à primo; arg. c. Cum Laici 10. de Jurepatr. per quem textum ita tenet ex Abbate, & aliis Fagnan. in cit. cap. Cum autem num. 10. & 24. eodem modo potest presentare tertium; Prima enim presentatio, cum sit nulla, non computatur in numero presentationum, & sic non impedit, quin secunda presentatio sit prima, & tertius cumulative presentatus sit secundus, quia, ut expresse dicitur in c. Non prestat 52. de Reg. Juris in 6. Non prestat impedimentum, quod de Jure non sortitur effectum, adeoque patronus laicus, qui sic nulliter presentavit prima, vel secunda vice, poterit intra quadrimestre tertium, qui erit secundus, presentare. Fagnan. cum aliis in cit. c. Cum autem num. 9. & 11. Reiffenstuel. loc. cit. num. 59. Rota p. 12. rec. d. 154. n. 15.

50 Idem dicendum venit, si Patronus prima, vel secunda vice ignoranter presentavit inhabilem, seu indignum. Fagnan. in cit. cap. Cum autem n. 12. cum Joan. Andr. & Card. in cap. Cum vos 4. de Offic. Ordin. In tali enim casu Patronus est sine culpa, sine qua nemo est privandus jure suo, cap. Sine culpa 23. de Reg. Juris in 6. ibi: Sine culpa (nisi subitis causis) non est aliquis puniendus.

51 Non potest tamen patronus, lite pendente, nec etiam cum mulando variare; Rota part. 5. rec. tom. 2. dec. 607. num. 4. Nec ea durante inter duos presentatos alium tertium presentare sine vitio attentari; Rota part. 2. dec. 504. num. 2. Barbosa cit. allegat. 72. n. 162. ubi citat plures alios, & adducit etiam decisionem Rotæ.

52 Minus vero lite pendente super titulo beneficii iterum Providum Apostolicum, & Presentatum, iterum alium presentare potest; Rota part. 2. dec. 206. num. 8. Ita ut, neque possit cum mulando presentare colligantem; Rota ibidem. Prout neque in locum mortui alium presentare potest; Rota p. 3. dec. 336. sub num. 3. Barbosa loc. cit. cum aliis.

53 Ratio autem, quare ex supradictis patronus laicus variare possit, & non ecclesiasticus, multiplex à Doctoribus assignatur. Prima, & verior est, quia presentatio ecclesiasticorum vim habet electionis, in qua electione non cadit variatio, cum statim electio acquiritur Jus in re, cap. Publicato 58. de Electione, ibi: Publicatio scrutinio variare nequeunt Electores; & ibi Glossa verbo Variare: Non sic autem presentatio laicorum, quia presentatus ab istis acquirit tantum Jus ad rem; Unde sicut non tenet secunda electio, prima non casata, cap. Consideravimus 10. & Capit. Auditus 29. de electione. ita nec secunda presentatio ecclesiasticorum. Joan. Andreas in cap. Cum autem 24. de Jurepatrono 7. Buttrius ibid. num. 9. Abbas ibid. num. 7. Ancharan. ib. num. 5. Innocent. ibidem in fine, Fagnan. ibid. num. 19. Gonzal. Ad regul. 8. Cancellar. gloss. 15. §. 2. num. 11. Barbosa cit. allegat. 72. num. 154. ubi citat Rotam, & plures alios Doctores. Secunda ratio potest esse, quia Clerici facilius, & melius possunt invenire, & cognoscere Clericos idoneos, quam Laici qui cum sint extra clericalem militiam, possunt titubare; Lambertin. de Jurepatronat. lib. 2. p. 3. num. 7. art. 1. Barbosa loc. cit. num. 155. & alii. Tertia ratio potest esse, quia Clerici patroni pinguius Jus habent, quam laici, ut dicit Glossa in cit. c. Cum autem 24. de Jurepatronat. verb. Persona, id est ex presentatione Clerici plus Juris tribuitur presentato, quam ex presentatione Laici, ut explicat Cardin. num. 4. vers. Quæro quæ est ratio: cum Fagnan. loc. cit. num. 15. firmius enim debet esse verbum ecclesiasticorum, quam laicorum, cap. Inter corporalia & spiritalia 2. de translatione. Episcop. & Clemens. Cum illius unic. de renuntiatione. ibi: Cum illius, & variatio in personis ecclesiasticis maxime sint vitanda. Immo pactio, sive locutio, vel dictum etiam conjunctumque firmius est, si agatur in foro Ecclesie; ut notatur in cap. Antigonum 1. & cap. Qualiter 3. de pactis, Fagnan. loc. cit. num. 16. & alii. Quarta ratio potest esse, quia laici habent tantum quadrimestre, ad presentandum; ecclesiasticus vero semestre: unde æquum videtur, ut qui gra-

vantur in uno, releventur in alio; leg. Eum, qui ff. de Jurejur. leg. Jure succursum 7. de Jure dotum; & sic cum patroni laici graventur in hoc, quod tantum habeant quadrimestre, releventur in alio, id est in hoc, quod possunt variare; Barbosa cit. allegat. 72. num. 155. Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 38. num. 57. & alii.

Inter varia jura, quæ patrono ratione juris patronatus competunt, quatuor præcipue assignantur in c. Nobis 25. de Jurepatronat. & à Glossa ibidem in fine enumerantur sequentibus duobus versiculis.

Patrono debetur honor, onus, utilitasque.
Presentes, præsit, defendat, alatur egenus.

Patrono ita competit Jus presentandi, ut si Clericum habilem, & idoneum presentet, Episcopus, vel alius, ad quem spectat institutio, eum admittit, & in beneficio instituere tenetur, cap. Significasti 18. de Jurepatronat. cum similibus, & Communis Doctorum. Dum modo tamen presentet in tempore à Jure statuto, quod est quadrimestre pro patrono laico ex dictis supra n. 23. & semestre pro patrono ecclesiastico ex adductis numero 26. Nisi à fundatore in fundatione cum consensu Episcopi fuerit tale rebus prolongatum, vel abbreviatum: utpote posse prolongare, & abbreviare cum Episcopi consensu, & Episcopus non posse ipsum consensum denegare, aliter Superior suppleret, docet Lambertin. de Jurepatronat. part. 2. lib. 1. quest. princip. 28. art. 7. Ventriglia 1. 2. de Jurepatronat. annot. 1. §. 3. num. 33. & Communis aliorum. Cum fundator Beneficij possit in limine fundationis cum consensu Episcopi apponere conditiones, & pacta sibi benivisa, etiam si Juri communi sint contraria, & Episcopus teneatur illa admittit, aliis Superior suppleret; ut docet, & testatur de communi Monacell. part. 1. tit. 2. formul. 1. n. 7. & sequent. & tenet Rota part. 1. rec. dec. 530. num. 2. Card. de Luca de Jurepatr. disc. 14. sub n. 6. disc. 20. num. 16. disc. 68. num. 8. de benefic. disc. 33. num. 6. disc. 94. num. 8.

Hinc sine consensu patroni in tempore à jure, vel fundatore statuto habilem presentantis, Episcopus alteri conferre non potest beneficium Jurispatronatus, & si ipso patrono contradicente conferatur ab Episcopo, collatio est irritanda, & facienda ad præcisam presentacionem ipsius patroni, cap. Decernimus 32. caus. 16. quest. 7. ibi: Quod si spreto eisdem fundatoribus Reiores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam noverit esse, & ad veritatem suam alios in eorum loco, quos idem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari, & arg. cap. Ex insinuatione 14. cap. Significasti 18. cap. Nobis 24. de Jurepatronat. cum similibus. Et sic tenet communis Doctorum.

Papa tamen si velit, potest libere disponere de beneficiis patronatis, nedum ecclesiasticis, sed etiam laicorum, etiam invidis Patronis; Communis cum Glossa in Clementina Per literas 2. de præbend. verb. Apostolicis: Fagnan. in cap. Quoniam 3. de Jurepatronat. num. 9. Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 38. num. 63. argum. cap. Licet 2. de præbend. in 6. Cum enim Juspatronatus, quod laici in Ecclesiis habent, gratiosum sit, eosque ecclesia in tali potestate ex gratia sustineat, ut expresse dicitur in cit. cap. Quoniam, ibi Potestate, in qua eos ecclesia huc usque sustinuit, ab utuntur &c. stat clarum, quod Papa ex plenitudine potestatis possit tali Jurispatronatus derogare, argum. cap. Omnis res 1. de Reg. Juris, ibi: Omnis res, per quamque causas nascitur, per eandem dissolvitur (Vid. inter alias decisiones Paris. 5. & 6. leg. 20. tit. 13. p. 5.) Sed non expedit, ut Papa de Jurepatronatus laicorum sic ipsi invidis disponat, ne laici à fundationibus retrahantur, ut notant communiter Doctores, & quia Patronorum Jura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est, ut dicit Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 9. Unde nunquam Papa censendus est velle derogare Jurispatronatus pro-

prio laicorum, nisi id clare exprimat; Fagnan loc. cit. num. 11. Reiffenstuel loc. cit. num. 63. Geminian. consil. 38. pro clariori num. 13. vers. De his ergo patet; Felin. in tract. Quando literæ Apostolicæ. præjudic. patron. in princip. & alii passim.

67 Non sic autem de Jurepatronatus ecclesiasticorum, cui Papa censetur derogare per simplicem concessionem, unionem, aut reservationem ab ipso factam; Communis cum supracitatis; In tali enim Jurepatronatus ecclesiasticorum cessant motiva non libere ei derogandi, quæ occurrunt in Jurepatronatus laicorum. Immo Jurispatronatus ecclesiasticus potest derogare etiam Legatus Summi Pontificis, qui potest sibi reservare non-dum vacantia beneficia Jurispatronatus ecclesiastici, eadem vacantia conferre, etiam absque consensu patroni; quamvis non sic beneficia Jurispatronatus laicis, argum. cap. Dilectus 6. de officio Legati, & cap. Cum Dilectus 28. de Jurepatronat. & ibi Abbas num. 2.

68 Barbosa num. 1. Communis aliorum. Et ratio adducitur in cit. cap. Cum Dilectus: scilicet, quia Patronus ecclesiasticus sub jurisdictione Legati Pontificii, & non sic Patronus laicus. Si autem Juspatronatus sit mixtum, tunc Legatus Pontificius nec reservare, nec conferre potest beneficium invidis patronis, quia Patronus Clericus participat de privilegio patroni laici; cum in Jurepatronatus mixto semper attendatur qualitas favorabilior patronis, Rota part. 2. rec. dec. 250. n. 22. & 23. & fuit dictum supra num. 33. ad 38.

Patronus potest nominare laicum, dummodo iste reperiat Clericus tempore presentacionis; Vivian. de Jurepatronat. lib. 6. cap. 7. num. 40. part. 2. Rota post eundem dec. 148. num. 14. & sequent. & part. 19. rec. dec. 621. num. 22. & in Farsen. Canoniceus 8. Junii 1711. §. Postremo, coram Molines, Garzias de beneficiis part. 7. cap. 1. num. 32. & sequent. Parisius de resignat. lib. 4. quest. 2. & 6. Piton. tom. 2. de controversis. patronat. allegat. 100. num. 436. Immo patronus potest etiam presentare laicum coram Ordinario sub conditione, quod clericus intra tempus statutum ad presentandum, cum in hoc casu presentatio collata videatur in tempus, quod presentatus erit capax per assignacionem Clericatus ante institutionem; Parisius de resignat. benefic. lib. 4. quest. 2. num. 5. & 6. citans Rotam in Imolesis Jurispatronatus 19. Novembris 1494. coram Orano, ejus Rotæ & Parisii sententiam in sensu conclusionis videtur sequi etiam Barbosa de officio. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 27. num. 78. ut de facto pro se ipso citat Pitonius loc. cit. num. 347. & sic tenet etiam Garzias de Beneficiis part. 7. cap. 1. num. 28. & 29. De Luca de Jurepatronatus discurs. 45. num. 7. Modern. Roman. disc. 13. num. 45. Rota post Vivian. de Jurepatronat. dec. 147. num. 19. & admittit Rota in Volaterræ beneficii 7. Decembris 1708. §. Nec valuit, coram Crispo, & sic tenuit etiam Rota apud Peniam dec. 147. num. 20. & in aliis, & Pyrr. Corrad. in praxi benefic. lib. 4. cap. 6. num. 31. & 32. ut refert Card. de Luca cit. dec. 45. num. 5. & alii plures.

69 Mult tamen, ut Ventriglia tom. 2. annot. 7. n. 12. & sequ. citans alios, Reiffenst. lib. 3. dec. tit. 38. n. 71. Castr. & Gonzal. apud ipsum, & alii tenent oppositum; scilicet, quod patronus non possit presentare laicum sub conditione futuri Clericatus, nec alium aliunde incapacem sub conditione futuræ capacitatis intra tempus ad presentandum statutum, & hujusmodi, volentes, ut in beneficiis attendatur capacitas tempore presentacionis. At hæc opinio non habet sequaces, ut dicit Pitonius tom. 1. de contr. patronorum alleg. 1. sub n. 23. in fine, ubi expresse dicit, quod modus presentandi inhabilem sub conditione habilitatis intra terminum Juris superventuræ est omnino licitus; Et sic etiam modus sese opponendi coram Institute, quem servare possunt passive vocati, si per Patronos omittatur, possunt enim comparare, & instare pro Institutione v. g. Si & postquam effecti fuerint Clerici, aut dispensati ab ætate. Hæc enim presentatio, seu instantia non

expletur pure, sed pendet ab eventu, seu conditione habilitatis purificanda intra quadrimestre, & interim remanet in pendulo; Unde aut non purificabitur conditio intra terminum, aut nulla adesse dicitur presentatio, seu oppositio; aut purificatur, & tali casu Clericatus, seu dispensatio retrotrahitur ad diem presentacionis, & opposicionis, ut communiter dixerunt supracitati Doctores, & Rota sub num. 61. Hæc illæ.

Quamvis autem modus sic presentandi sit omnino licitus, Cardinalis de Luca de Jurepatronatus cit. dec. 45. num. 8. dicit, quod melius esset, quod patronus differret presentacionem usque ad ultimum diem, vel horam termini à lege præfiniti ad presentandum, atque ita expectare capacitatem personæ sibi placitæ, quæ ob superventam capacitem possit tali tempore validissime adhuc presentari, ut tenet Communis cum Pitonio tom. 1. allegat. 2. num. 24. & alleg. 4. num. 23.

Patrono recusante presentare quem nominavit fundator, potest illi nedum irrequirit, sed immo etiam invito domino, comparere coram Superiore, & institutionem obtinere; Communis cum Card. de Luca de Jurepatronat. disc. 20. num. 7. vers. Etiam sine presentacione: Piton. cit. tom. 2. alleg. 82. num. 10. Rota coram Durati. dec. 755. num. 2. & in recent. dec. 68. num. 2. part. 12. & dec. 335. num. 1. & seq. p. 15. & in Valentina beneficii 9. Januarii 1693. §. Moti, & 3. Aprilis ejusdem anni 8. final. coram Moliner impress. apud Pitonium disceptat. ecclesiast. 7. num. 31.

Patronus nequit presentare seipsum, quamvis sit Clericus, & undequaque dignissimus; Communissima, textu expresse in cap. Cum ad nostram 7. de institutionibus; & cap. Per nostras 26. de Jurepatronatus; Presentatio enim sui ipsius sapit ambitum, seu vitium ambitionis, ut innuitur in cit. c. 26. de Jurepatronatus; Tam quia, ut expresse dicitur in cit. cap. Cum ad nostram 7. de Institutionibus: Inter dantem, & accipientem debet esse distinctio personalis. Immo patronus non potest presentari à procuratore à se constituto ad presentandum, quia virtualiter seipsum presentare censeretur, arg. Qui facit 72. de Reg. juris in 6. ibi: Qui facit per alium; est perinde, ac si faciat per se ipsum; Communis cum Rota dec. 185. part. 2. diversar. Castropalao part. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 7. num. 2. Barbosa lib. 3. Juris ecclesiasticæ univ. cap. 19. num. 195. & part. 3. de officio. & potest. Episcop. alleg. 72. num. 87. (Lit. A pag. 157. col. 2. & lit. B pag. 280. col. 2. in fin.)

* Potest tamen patronus rogare Episcopum, ut si inveniatur dignus, sibi illud conferat; sive debet Juspatronatus suum alteri donare donatione sincera, ex qua ipse perpetuo expolietur jure Patroni, quando donationem approbaverit Episcopus, vel saltem Episcopus conferat eidem absque prævia presentacione Beneficium, & Beneficiatus illud acceptet, tum post collationem ipse præstet consensum suum. Benedic. XIV. Institut. ecclesiast. 95. §. 5. *

Potest tamen Patronus acceptare beneficium, si hoc eidem absque prævia presentacione sui ipsius, motu proprio conferat Episcopus: tunc enim non presentat se ipsum, nec collatio habet originem à se ipso, sed ab Ordinario Superiore vocatur, cui vocationi ipse consentire potest. Alioquin patronus esset deterioris conditionis, quam alii Clerici, ipsique obsessus, quod beneficium fundaverit, quod non est dicendum; Barbosa cit. lib. 3. Jur. ecclesiast. univers. cap. 12. num. 199. & cit. allegat. 72. num. 90. Abbas in cit. cap. Per nostras 26. de Jurepatronat. 31. Pirhing. lib. 3. decretal. tit. 38. num. 73. & alii passim. Immo potest patronus rogare, & supplicare Episcopum, ut ipsi conferat beneficium; quo casu poterit Episcopus, illud gratificando, admittere; Lambertin. de Jurepatronat. lib. 2. p. 1. quest. 8. art. 3. Zerola in praxi Episcop. part. 1. §. 21. Pirhing. loc. cit. num. 91. Barbosa cit. cap. 12. n. 109. Rota in Regiensi Jurispatronat. 19. Januarii 1624. coram Pirovano, & in ead. §. Martii 1625. cor. Ubaldo, & in Barbin. beneficii 2. Maii 1625. coram Pirovano.

79 Patronus potest presentare filium, aut alium consanguineum, vel conjunctum: Filii enim, consanguinei, vel conjuncti ipsius patroni non debent esse deterioris conditionis, quam alii; alioquin Juspatronatus, quod est introductum in favorem fundatoris, retroqueretur in odium ipsius, & suorum; quod nullatenus est dicendum, cum sit expresse contra cap. Quod ob gratiam 61. de Reg. Juris in 6. ibi: *Quod ob gratiam aliquid conceditur, non est in ejus dispensationem revocandum, & sic tenet Communis Doctorum, & docet praxis universalis.*

80 Si plures sint patroni; potest unus presentare alterum, dummodo sit habilis, arg. cap. Cum in Jure 33. de election. ubi habetur, quod commissarii unum ex seipsis eligere possint, & concordant e. Ne pro defectu 41. cap. Quia propter 42. de election. cum similibus, ubi eligentibus permittitur unum ex seipsis eligere, ut servat praxis universalis, & sic tenet Communis Doctorum cum Glossa in cap. Consuluit 15. de jurepatronatu, verb. Concordant.

81 Patronus ecclesiasticus tenetur sub mortali presentare digniorem ad beneficia Curata, seu Parochialia, sive presentatio fiat in concursu, sive extra concursu: Communis cum Reiffenstuel lib. 1. decretal. tit. 6. de election. §. 10. d. num. 241. & lib. 3. num. 38. de jurepatronatu, num. 77. vide verb. Beneficia art. 5. d. n. 17.

82 ad 27. ubi late probata fuit hac conclusio. Non sic autem patronus laicus, sed sufficit quod presentet dignum, seu idoneum; Fagnan. in cap. Quoniam 3. de jurepatronatu, num. 15. Garzias de beneficiis part. 7. cap. 16. num. 19. Barbosa in cap. 18. sess. 24. Concil. Tridentinum, num. 152. cum pluribus ab ipso citatis contra alios plures ibi ab ipso adductos, & contra Reiffenstuel lib. 3. decret. tit. 38. d. num. 78. ad 81. ubi ait, & probat, quod probabilior, & merito tenenda est sententia contraria, dicens etiam patronus laicus graviter obligari ad sic presentandum digniorem. At vide citat. verb. Beneficia art. 5. num. 34. & 32. ubi cum plurimis fuit conclusum contrarium. Fateor tamen, opinionem Reiffenstuel, & aliorum adversariorum esse vere probabilem.

83 Hinc quando patronus laicus presentat Clericum dignum ad beneficium etiam Curatum, tenetur Episcopus eum instituere, non obstante, quod iudicet aliquem alium fore digniorem; argum. cap. Cum nobis 5. His igitur 10. & cap. Cum dilectus 32. de elect. Communis Doctorum. Immo preferendus est presentatus a majori parte patronorum, dummodo sit idoneus, & dignus, licet alius presentatus a minori parte sit dignior, quia non est facienda comparatio zeli ad zelum, aut meriti ad meritum, sed numeri ad numerum. Glossa in cap. Quoniam 3. de jurepatronatu verb. Majoribus; Fagnan. ib. num. 15. Hostiensis ib. 5. in verb. Eligitur; Lambert. tract. de jurepatronatu lib. 2. part. 3. q. 4. art. 2. & 3. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 72. num. 199. & alii ibi citati. Rota part. 9. tom. 1. recentior. decis. 235. num. 7. & part. 19. tom. 1. decis. num. 8. & 9.

85 Patronus tum ecclesiasticus, tum laicus non tenetur presentare digniorem, sed sufficit quod presentet dignum ad beneficia simplicia, & non curata; Vide dict. verb. Beneficia art. 5. num. 28. ad 32. ubi est satis probata conclusio.

86 Patronus ecclesiasticus presentans scienter indignum privatur ea vice jure presentandi, & devolvitur potestas libere conferendi ad Ordinarium. Fagnan. in cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii, num. 27. & sequent. Barbosa de offic. & potest. Episcop. cit. allegat. 72. n. 105. & communis, ac certa aliorum; arg. cap. Sicut nobis in fine 3. de supplenda negligentia Prælator. & ibi Glossa final. Et faciunt textus in cap. Cum in cunctis 7. §. Cleric. sane; & cap. Innovuit 22. de elect. & cap. Quamquam 18. eod. in 6. ubi eligentes scienter indignum privatur ea vice jure eligendi. Secus vero, si ignoranter inculpabiliter presentet indignum, quia tunc presentatio per Ordinarium rejecta, habent novum semestre ad alium presentandum; arg. cap. Si electio 26.

de elect. in 6. ubi Juris terminus ad eligendum de nova conceditur, quando eligentes ignorant inculpabiliter eligunt indignum, cujus electio ob vitium ab Electoribus sic ignoratum cassatur. Sic Communis Doctorum cum Lambertino p. 1. lib. 2. q. 10. art. 4. num. 15. Fagnan. in cit. cap. Cum vos num. 32. Abbate ibid. num. 5. Joan. Andr. ibid. num. 13. 199. & sequent.

Patronus laicus presentans scienter indignum, privatur probabilis etiam ipse ea vice jure presentandi, & devolvitur potestas libere conferendi ad Ordinarium, ut habetur expresse ex Constit. Novell. 123. De Sanctissim. Episcop. §. Si quis Oratorii Domum 18. ubi sic statuitur: "Si vero, qui ab eis (scilicet patronis laicis) eliguntur, tamquam indignos prohibent sacre regule ordinari, tunc sanctissimus Episcopus quoscumque suspenderit meliores, ordinari procuret." Et concordat Novell. 131. cap. 10. Si quis edificationem; Item 1. Cum quidam ita ff. de legat. 2. & ibi Glossa, ubi probatur eum, qui electionem ex dispositione testatoris habet, privari potestate eligendi, si eligat indignum. Et sic tenet Abbas in cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii num. 5. ubi dicit hanc sententiam esse verissimam; & allegat Doctores de Rota idem tenentes decis. 205. Card. de Luca de jurepatronatu. dec. 47. d. num. 2. ubi adducit Rotæ decisionem, & dicit hanc sententiam esse magis communiter receptam, & eam solide probat solvendo contraria; Lambertin. de jurepatronatu, part. 1. lib. 2. quest. 10. art. 4. citans sedes viros, Joann. de Lignan. in Clement. 1. de jurepatronatu. Geminian. in cap. 1. de prebend. in 6. Barbosa de offic. & potest. Episcop. cit. alleg. 72. num. 105. cum plurimis aliis ibi citatis, Rota part. 2. recentior. decis. 206. n. 7. part. 14. decis. 291. num. 8. & alii repetitis vicibus tenuit Rota, teste Fagnano in cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii num. 39. ubi citat alios Doctores pro ista sententia, quamvis ipse ibidem d. num. 46. dicat contrariam esse aequiorem, & benigniorem, & videri etiam de jure veriori, Reiffenstuel lib. 3. Decretal. cit. tit. 38. num. 87. ad 89. & alii plures.

Et probatur a fortiori hac nostra sententia, quia, si illi, qui de jure communi habent potestatem eligendi, vel conferendi beneficium, ipso facto privantur tali jure, seu potestate, quando eligunt, seu instituunt indignum, ut in cap. Cum in cunctis 7. §. final. de electione, ergo a fortiori, & multo magis debent privari tali jure patroni, qui illud habent ex sola gratia; c. Quoniam 3. de jurepatronatu, cum Jus commune diffucilius tollatur, quam privilegium, leg. Ejus militis §. Militia, ff. de militar. testament.

Vere probabilis tamen est sententia contraria dicens, quod patronus laicus scienter presentans indignum, seu inhabilem, ea vice nec privatur, nec privandus sit jure presentandi. Et hanc tenent Glossa in cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii verb. Minus idonee; & ibidem late Fagnan. d. num. 34. utque in fine, Imola num. 5. Ancharanus num. 4. Fehring. lib. 3. Decretal. tit. 38. num. 104. & alii plures, argum. cit. cap. Cum vos; ubi certo presupponitur indignum fuisse presentatum a patrono laico, & tamen non devolvitur ad Episcopum jus providendi de Rectore Ecclesie, sed solum potestas constituendi Economum, quod satis demonstrat, Patronum Laicum non fuisse privatum jure presentandi, cum Episcopus non providerit de Rectore, seu Beneficiario Ecclesie, aut de beneficio, sed solum de Economo, seu Administratore beneficii adhuc vacantis. Et ratio est, quia, si licitum est patrono laico variare, & alium presentare, quando presentavit idoneum; arg. cap. Cum autem 24. de jurepatronatu, multo magis licitum est, si presentavit indignum, cum variatio præcipue concedatur a Jure, quando alius est illicitus, ut notat Joan. Andreas in cit. cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii, arg. cap. Nostri 9. de electione, & cap. Diversis fallaciis 5. de Clericis conjugat. Tum quia in puncto Juspatronatus mitius est agendum cum Laicis, quam cum Clericis; ne ipsi laici a foundationibus retrahantur, Glossa magna in fine, & Hostiensis num. 10. in cap. Cum dilectus 27. de jurepatronatu, &

& plene notatur in cap. Dilectus 6. de officio legati: Tum quia nullibi reperitur in Jure statuta hæc pena, quod patronus laicus scienter presentans indignum, sit pro ea vice ipso jure privatus potestate presentandi; quamvis enim hæc pena privationis sit expressa de eligentibus scienter indignum in cit. cap. Cum in cunctis 7. §. final. de electione, hinc tamen non sequitur, ut locum habere debeat in presentantibus indignum; argum. cap. statutum 22. de electione, in 6. cum præsertim subsit etiam diversitas rationis: nam eligentes tribuunt jus in re, presentantes autem solum jus ad rem; cap. Cum Bertoldus 18. de sententia, & re judicata, ut dicit Fagnan. in citat. cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii num. 52. ubi num. 55; subjungit hanc sententiam fuisse approbatam a Sacra Congregatione Concilii, quæ si in forma authentica adduceretur, ad auctoritatem tor undequaque Eminentissimorum Patrum non esset ab ipsa recedendum.

91 Certum autem est, & communiter tenent Doctores utriusque sententiæ, quod si patronus laicus ignoranter presentet indignum, non privetur jure suo, sed possit variare, quia si non privatur jure suo patronus ecclesiasticus presentans ignoranter indignum, ut probatum est supra num. 87. multo minus privabitur patronus laicus, utpote cui Jura in hoc puncto magis favent, quam illi, ut patet ex dictis num. antecedenti. Communissima arg. cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii.

92 Quando plures æque digni presentantur ab eodem patrono laico, potest Episcopus ex ipsis libere instituere quem velit, textu expresso in cap. Cum autem 24. de jurepatronatu, ubi: "Cum autem Advocatus Clericorum idoneum Episcopo presentaverit, & postulaverit postmodum, eo non refutato, alium æque idoneum in eadem ecclesia admitti, quos eorum alteri præteratur, iudicio Episcopi credimus relinquendum, si laicus fuerit, cui Jus competit presentandi." Sic Communis Doctorum. Si autem plures presententur a patrono ecclesiastico, ille institui debet, qui prius fuit presentatus, textu etiam expresso in cit. cap. Cum autem 24. ubi: "Verum, si collegium, vel ecclesiastica persona presentationem haberet, qui prior est tempore, jure potior esse videtur." Fagnan. ib. num. 1. Abbas ib. num. 1. Barb. ib. num. 1. & alii communiter. Et ratio est clara, quia cum patronus ecclesiasticus non possit variare presentando alium etiam cumulative per textum in cap. Quod autem 5. cap. Cum autem 24. & cap. Pastoral. 29. de jurepatronatu, ut fuit dictum supra num. 44. hoc ipso prima presentatio valebit.

94 Quando plures inæquales dignitatis, aut meriti simul, vel successive ab unico patrono laico presentantur, Episcopus tenetur instituere digniorem, arg. cit. cap. Cum autem; ubi tunc præcise relinquunt libertas Episcopo, quando æque idonei presentantur, adeoque a sensu contrario, si non æque idonei presentantur, debet conformiter justitiæ distributive instituire digniorem; arg. cap. Licet ergo 15. eod. 8. quest. 1. Fagnan. in cap. Cum autem num. 28. Abbas ib. num. 5. Barbosa de offic. & potest. Episcop. allegat. 72. num. 201. Castropalao part. 2. tract. 13. disput. 14. punct. 9. n. 3. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 22. quest. 1. Reiff. lib. 3. Decretal. cit. tit. 38. num. 107. & alii passim.

95 Item quando plures inæquales dignitatis, aut meriti presentantur a pluribus patronis cum æquali numero vocum, Episcopus tenetur instituere digniorem; cap. Quoniam 3. de jurepatronatu, ubi: "Presenti decreto statuiamus, ut si forte in plures partes fundatorum se vota dividerint, ille præficiatur ecclesie, qui majoribus juvatur meritis." Et sic tenent Innocentius ibidem in fine, Joan. Andreas in cap. Cum autem 24. de jurepatronatu num. 3. Barbosa ibidem n. 8. & cit. allegat. 72. num. 201. cum aliis ibi citatis, Castropalao l. cit. disp. 2. punct. 9. num. 3. Roch. de Curte de jurepatronatu. in verbo Honorificum quest. 16. Lambertin. & alii plures apud Ricc. in quest. part. 1. resolut. 217. num. 1. & seq. ubi cum aliis non excusati a peccato mortali Episcopum, qui prætermissio digniore,

instituit dignum, licet non teneatur ad restitutionem, quem sequitur Ventriglia tom. 2. de jurepatr. annot. 1. §. 3. num. 47. ubi dicit hoc esse indubitatum. Et talis dignior prætermissus posset ab institute appellare; Barbosa cit. allegat. 72. num. 202. Garzias de beneficio, part. 9. cap. 3. num. 32. & multi alii, quos refert Riccius loc. cit. num. 4. Contrarium tamen tenent Fagnan. in cit. cap. Cum autem 24. de jurepatronatu, n. 23. Abbas ib. num. 9. Silvester verb. Juspatronat. quart. 8. Reiff. lib. 3. Decretal. cit. tit. 38. num. 94. & alii plures volentes, ut quando plures a pluribus patronis presentati in votis sunt pares, licet in dignitate, & merito sint dispares, seu inæquales, neuter eorum acquirat Jus, nec teneatur Episcopus aliquem ex presentatis, etsi digniorem instituere, adeoque neque digniorem prætermissum posse ab institute appellare.

Quando plures æquales dignitatis, & meriti presentantur a pluribus patronis cum æquali numero vocum, tunc Episcopus potest ex ipsis sic presentatis instituere quem maluerit, & sic est locus gratificationi. Joan. Andreas, & Abbas in cit. c. Cum autem 24. de jurepatr. Barb. ib. num. 8. & cit. allegat. 72. n. 200. Lambertin. de jurepatr. lib. 2. part. 3. q. 5. princip. art. 1. num. 2. Casar. de Grassis de jurepatr. dec. 1. num. 5. Marc. Antonius var. resol. lib. 1. resol. 104. num. 11. ver. c. Tum demum; Castri. loc. cit. disp. 2. punct. 9. & alii passim.

Quando patroni litigant inter se super Juspatronatu, & licet non finitur intra terminum quatuor, vel respectivo sex mensium a Jure concessum, & nullus ex ipsis est in notoria possessione presentandi, tunc pro ea vice beneficium libere confert Ordinarius, ad quem pertinet Institutio. Communis textu claro in cap. Quoniam 3. cap. Si vero 12. cap. Nam te decet 22. & cap. Cum propter 27. de jurepatr.

Si vero unus ex litigantibus patronis sit cum bona fide in notoria possessione presentandi ad tale beneficium vere patronatus, tunc ipse valide, & licite presentat; & presentatus, non obstante lite, debet institui, & firmiter manebit talis presentatus ab ipso, quamvis postea in iudicio talis patronatus succumbat, textu expresso in cap. Consultationibus 19. de jurepatr. & ibi Doctores passim, & signanter Fagnan. n. 16. & 17. ubi citat plures Rotæ decisiones. Barbosa num. 5. cum plurimis citatis. Et Rota recent. part. 1. decis. 224. n. 1. part. 2. decis. 181. num. 1. part. 10. decis. 201. n. 13. part. 14. decis. 269. num. 5. & sæpe alibi. Ad quem effectum attenditur etiam unica presentatio effectuat. Rota part. 5. tom. 1. decis. 85. num. 4. Vivian. in praxi Jurisdiction. patronatus lib. 5. cap. 4. num. 9. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. Glossa 18. num. 86. & Glossa 45. §. 2. num. 29. Barbosa loc. cit. num. 6. cum pluribus ibi citatis.

Quando lis est inter Patronum, & Episcopum pugnantem pro ecclesie libertate, si lis non finitur intra terminum quatuor, seu respectivo sex mensium a Jure statutum, nequit Episcopus aliquem pro libitu instituere, sed debet interea ponere ecclesie Economum, donec lis finitur; arg. cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii, Fagn. in cit. cap. Quoniam 3. de jurepatronatu, num. 18. Abbas ibidem num. 7. Hostiensis ibidem n. 7. Barbosa de offic. & potest. Episcop. cit. allegat. 72. num. 141. citans Rotam dec. 411. num. 3. part. 1. diversar. & in cap. Nam te decet 22. num. 6. de jurepatronatu, & alii passim.

Item quando lis est inter patronum, & presentatum, vel inter ipsos presentatos; non potest Episcopus pro libitu aliquem instituere, quamvis lis duret ultra quatuor, vel sex respectivo menses, sed interea, lite durante, debet deputare Economum; Fagnan. in cap. Quoniam num. 19. ubi citat Rotam, Abbas ib. num. 7. Barbosa cit. allegat. 72. num. 141. & Communis aliorum. Et ratio est, quia citat. cap. Quoniam 3. de jurepatronatu. & alia Jura concedentia liberam collationem Ordinario tempore litis, loquuntur solum de casu, quo lis est inter ipsos Patronos, adeoque tamquam odiosa, & exorbitantia non sunt extendenda ad casus simi-

96
97
98
99
100
101
102
103

miles, etiamsi esset paritas rationis, arg. cap. Quæ à jure 28. de regul. juris in 6. ibi: Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda, & cap. Quod alicui 74. de regul. juris eod. in 6. ibi: Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet ab alio in exemplum. Unde cap. Is qui 1. de filiis Presbyterorum, §. Ille vero dicit expresse Summus Pontifex: Prætextu dispensationis hujusmodi, quam exorbitantem à jure oportet veluti odiosam restringi.

104 Ex versuculis allatis supra num. 59. quatuor præcipue Jura competunt patrono. Unde visis iis, quæ ad ipsum spectant ratione juris præsentandi, breviter adducuntur ea, quæ spectant ad ejus jus honoris.

105 Jus honoris competens patrono, & indicatum in allatis versuculis per verba honor, & præsit consistit specialiter in præcedentia processionis, ita ut in processionibus feri solitis locus dignior præ aliis laicis debeat. Item quod in ecclesia sua patronata debet honorari in præcedentia nobilioris Sedis, & dignioris loci, atque præcedentia in suscipienda pace, & purificatione, æque aspersione, candelâ in die Purificationis B. V. M. Palmæ ramo in Dominica Palmarum, & in suscipiendis cineribus prima die Quadragesimæ & carbonibus benedictis in die Sabbati Majoris hebdomadæ, & in aliis similibus casibus; arg. cap. Pix mentis 26. caus. 16. quest. 7. & cap. Nobis 25. de jurepatronat. Et sic Communis Doctorum. Limitatur tamen hoc Jus honoris quoad purificationem, & pacem in mulieribus, quia illis non datur thús, & pax inter missarum solemnias, ut decrevit Sacra Congregatio Rituum in Placentina 28. Januarii 1612. & in Lucerna 2. Junii 1617. ut refert Sellius select. canonic. cap. 51. num. 17. & Barbosa in Summa Apostolicarum decisionum verb. Mulieres num. 5. Item limitatur Jus honoris debiti patrono, quando adest presens dominus territorialis loci, quia tunc præcedentia, & honorificentia in supradictis debetur ipsi domino territoriali ante patronum, ut recte notant Fagnanus in cap. Nobis 25. de jurepatronatus num. 21. & reg. Pirhing. lib. 3. decretal. tit. 38. num. 36. Reiffenstuel lib. num. 111. & alii. Cum enim talis dominus territorialis jurisdictionem contentiosam habeat in suo territorio etiam in ipsum patronum, absurdum esset, si ipsi patrono exhiberetur major honor, quam illius domino habenti in eum jurisdictionem.

108 Si autem patronus esset Rex, vel Supremus Princeps, ratione prædictæ honorificentie tenerentur Presbyteri, & Clerici ejusdem ecclesie patronatæ occurrere ei usque ad ambitum ecclesie, dummodo hoc non semper, & quotidie, sed raro fiat, ut docet Casan. in catalog. glorie mund. 4. part. considerat. 8. circa med. & alii multi, quos refert & sequitur Lother. de re benef. lib. 2. quest. 4. num. 3. & reg. & jam notaverat Abbas in cit. c. Cum nobis 25. de jurepatron. num. 5. & Glosa magna in cap. unico eod. in 6.

109 Patrono ratione Juris defendendi indicati in allatis versuculis per verbum defendat competit præminentia, ut possit defendere Ecclesiam, & inquirere, ne bona illius dilapidentur, & denunciare personas illa dilapi-

© Solum de Supremo Principe, aut Prole regia sermocinando, cum detur occasio hæc regias personas per aliquam villam, oppidum, aut civitatem iter faciendi: si ad ecclesiam diriganter, est præceptum, Clerum extra eam processionaliter (1), Cruceque elevata (sicut moris erat) ad earumdem adventum accedere hand debere: recipiendæ sunt enim, Clero foras ecclesiam, stante, Cruceque intra eam elevata.

(1) L. 7. tit. 1. lib. 1. Por quanto segun verdad de la Santa Escritura, Dios se paga del conocimiento, y no solamente quiere que con el corazon, mas con las figuras de afuera le adoremos, y hagamos reverencia: por ende ordenamos, y mandamos, quæ quando Nos, ó el Principe, ó los Infantes nuestros hijos fueremos á qualquier Ciudad, Villa, ó Lugar, que los Clerigos no salgan con las Cruces de las Iglesias, como en otro tiempo solian hacer, á recibir á Nos, ni al Principe, ni Infantes, mas que Nos vamos á hacer reverencia á la Cruz dentro en la Iglesia, como es

dantes: Immo & perscrutari, ne à Beneficiato ipso dilapidentur, aut male alienentur, & revocare alienationem male, & indebitæ factam: Roch. de jurepatronat. verb. Onerosum num. 3. verb. Honorificum sub num. 10. Barb. lib. 3. juris ecclesiast. univers. c. 12. num. 215. Lambertin. de jurepatron. lib. 3. quest. 2. principal. art. 5. & alii. Quamvis tamen supradicta competant patrono, & pro illis exequendis possit in judicio competere, & instare; nihilominus ea ipsi competunt, nedum ex Jure honorifico, & ex præminentia, sed etiam & potius ex jure oneroso, ut advertit Lambertin. loc. cit. per plures articulos, Ventriglia tom. de jurepatron. annoi. 1. §. 4. num. 12. & alii.

Alliis patronus ecclesiasticus de jure habebat custodiam ecclesie vacantis, arg. cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii, cap. Bone memorie 51. de appellacionib. cap. Relatum 12. de testamentis §. Nomine, cap. Cum plantare 3. de privilegiis: §. In ecclesiis: Patronus tamen laicus non habebat de jure talem custodiam, sed defensionem tantum, ut c. Filii 31. cap. Decernimus 32. caus. 16. quest. 7. cap. Cum vos 4. de officio Ordinarii, & ibi Glosa penult. vers. Ex hac litera: Innocent. num. 1. Hostiens. num. 3. Joan. And. num. 15. Fagnan. num. 5. Post Concilium autem Tridentinum, tam patronus ecclesiasticus, quam laicus nullatenus potest se ingerere in fructibus beneficii patronati: Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 6. vers. Patroni autem: Immo patronus se ingerens in perceptione fructuum beneficii patronati, aut bona ipsius usurpans, privatus est statim Jurepatronatus, & incurrit excommunicationem Papæ reservatam: Concil. Trid. sess. 23. cap. 11. vers. Quod si ejusdem ecclesie patronus: Barbos. ibid. num. 13. & 14. & in cap. Præterea 23. de jurepatronatus num. 3. Galat. in margaria casuum conscient. verb. Jurepatronatus penult.

Patrono competit ultimo jus alimentationis indicatum in allatis versuculis per illa verb. Alatur agenus, utilisque, textu expresso in cap. Nobis 25. de jurepatronatus, ibi: "Et si ad inopiam vergat, ab ecclesia illi modeste succurratur, sicut in Sacris est canonibus institutum." Et tales canones, in quibus est institutum, sunt, cap. Contra 29. caus. 16. quest. 7. ibi: "Si vero fundatores ecclesiarum ad inopiam vergere cœperint, ab eisdem ecclesiis temporalis vitæ sustentationem percipiant;" & c. Quicumque 30. eadem causa. 16. & quest. 7. ibi: "Quicumque fidelium propria devotione de facultatibus suis aliquid ecclesie contulerint, si forte ipsi, aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia sustentationem vitæ pro temporis usu percipiant;" Et sic Communis Doctorum.

Immo jus alimentacionis in tali causa competit patrono, non solum pro se, sed etiam pro uxore, liberis, & familia, arg. cit. c. Quicumque 30. causa 16. quest. 7. ibi: Ipsi, aut filii eorum: Lambertin. de jurepatronat. lib. 3. quest. 3. princip. art. 6. num. 3. & sequent. Surdus de alimentis tit. 4. quest. 28. & tit. 7. quest. 32. num. 30. Barbosa in cit. cap. Nobis 25. de jurepatronat. & alii communiter. Et talis alimentatio debet esse integra quoad cibum, potum, lectum,

ves-

razon: y que las Cruces no salgan á Nos, de la puerta de la Iglesia á fuera: pero que la Procesion de los Clerigos salga de la puerta adelante: y porque este recibimiento con Cruces no debe ser hecho á los Señores temporales, salvo á Rey, ó Reyna, ó Principe heredero: mandamos, y defendemos que no se haga á otro Señor temporal alguno. Remis. 1. tit. 3. ejusd. Los Clerigos no salgan con la Cruz á recibir al Rey, ni las Cruces salgan fuera de la Iglesia al recibimiento del Rey.

vestium, & omnia, quæ ad honestam sustentationem sunt necessaria, arg. cit. cap. Nobis 25. de jurepatronat. ibi: Ab ecclesia illi succurratur, cit. cap. Contra 29. caus. 16. quest. 7. ibi: Ab eisdem ecclesiis temporalis vitæ sustentationem percipiant, & cap. Quicumque 30. eadem causa, & quest. ibi: Ab eadem ecclesia sustentationem vitæ pro temporis usu percipiant. Nomine enim alimentorum veniunt, non solum cibum, & potum, sed etiam vestis, habitatio, & alia necessaria ad prædictam honestam sustentationem, arg. leg. Legati, ff. de alimentis, & cibor. & leg. Verbo victus 43. ff. de verbor. significat. ibi: "Verbo victus continentur, quæ esui, potuique, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini necessaria sunt; vestem quoque victus habere vicem Labeo ait." Communis cum citatis Doctoribus. (Vid. lit. A pag. 96. & 2. col. ad num. 13. subseq. & lit. B pag. 422. num. 31. in fin.)

118 Talia alimenta debentur patronis secundum qualitatem personarum; id est ampliora, & pinguiora nobilibus, quam ignobilibus, & rusticis, & sic de aliis plerumque, vel minus indigentibus: Surdus de alimentis tit. 4. q. 17. num. 15. Barbosa l. 3. juris Ecclesie univers. cap. 12. num. 218. Riccius in praxi part. 1. resolut. 164. Ventriglia cit. tom. 2. annoi. 1. §. 4. n. 24. & alii passim.

119 Et ea præstantia sunt patronis in eorum domo propria, & non ipsa ecclesia; Surdus de aliment. tit. 5. quest. 14. num. 21. Rebuff. in 1. act. congrua portione num. 97. Barbosa loc. cit. num. 218. Ventriglia loc. cit. num. 36. & alii.

120 Patronus est alimentandus à Beneficiato per eum presentato ad beneficium, etiamsi ex post tenuerit, vel donaverit Jurepatronatus, quia jus alimentorum numquam censetur donatum, cum cohæreat inseparabiliter persone patroni presentantis; Lambertin. lib. 3. quest. 3. princip. art. 13. num. 3. Riccius in praxi part. 1. resolut. 264. vers. Ampliatur tertio: Ventriglia loc. cit. n. 30. & alii.

121 Immo ratione talis inseparabilitatis, nec si retineat Jurepatronatus, potest patronus tale jus accipiendi alimenta vendere, cedere, donare, vel alio titulo distrahere; Abbas in c. Præterea 23. de jurepatronat. in fine; Surd. de aliment. tit. 7. quest. 32. num. 13. Tiraquell. de retractat. constang. §. 36. glossa 1. num. 32. Ventriglia loc. cit. num. 20. ubi testatur de communi, quia cum hoc sit privilegium personale, cedi non potest, sed debet sequi personam, c. privilegium 2. de reg. juris in 6. ibi: Privilegium personam sequitur (Vid. verb. Impedimenta Matrim. num. 25. Ad rem lit. B 362. num. 11. & 421. col. 1. ac lit. F pag. 70. num. 66. in add. nov.)

122 Patronus pauper est alimentandus ab ecclesia, etiamsi sit facta libera à patronatu per renuntiationem talis juris ipsi à patrono factam, & hoc à fortiori: quia Ecclesia in tali casu, non solum recipit esse à prædicto patrono, sed esse liberum, & proinde duplici favori debet correspondere duplicata obligatio, cum beneficiati sit beneficiendum; cap. Cum in Officiis 7. de testamentis, l. Sed etsi §. Consuluit ff. de petit. hereditat. quæ ratio, cum valeat apud omnes, multo magis debet valere apud ecclesiam, quæ dicitur mater, & refigium, seu confugium pauperum; argum. cap. Ad Romanam Ecclesiam 6. caus. 2. quest. Lambertin. loc. cit. num. 3. Ventriglia loc. cit. num. 21. Pitonius tom. 1. de jurepatronat. 44. num. 48. & alii passim.

123 Immo etiamsi duos ecclesie data, per fundatorem tractu temporis fuerit perperita, seu consumpta sine culpa patroni, & aliunde ecclesia habeat redditus suos, adhuc de his redditibus propriis ecclesia tenetur ad alimentum patronum, præsertim si non fuerit ab alio durante in ea Jurepatronatus acquisitum; Paulus de Citad. part. 6. art. 4. num. 18. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 54. num. 9. & tit. 7. quest. 34. num. 1. per totam, Gratian. disceptat. 552. num. 13. Lagunez de fructibus part. 1. c. 32. §. 3. num. 80. Ventriglia loc. cit. num. 23. Riccius in praxi part. 1. resolut. 164. ampliatur primo, Lambertin. de jurepatronat. lib. 2. quest. 3. art. 4. Pitonius l. c. num. 48. & alii.

Jus alimentorum concessum ex benignitate Sacrorum canonum patrono, extenditur etiam ad ejus heredes, sive consanguineos, sive extraneos, in quos Jurepatronatus transit. Rota in Alarina Jurepatronatus 7. Decemb. 1705. §. fin. coram Molino, in Salernitana Alimentorum 11. Januarii 1712. coram Scoto, & in alia Salernitana Alimentorum 20. Junii 1712. coram Scoto, impress. apud Pitonium tom. 1. de contr. patronorum alleg. 46. num. 65. 78. & seq. & sic tenent Gonzalez, Butrius, Ancharanus, Zabarella, Vitalinus, Lambertinus, Mancinus, Reginaldus, & alii adducti à Rota, & Pitonio locis citatis.

Ut patronus possit alimenta petere ab ecclesia patronata, seu Beneficiato, non est necesse, quod sit in summa egestate, seu extrema necessitate, ut voluit Glossa in cap. Quicumque 30. caus. 16. quest. 7. verb. Ad inopiam: sed sufficit, quod ad talem inopiam vergere cœperit, ut non possit vivere secundum suum gradum, & conditionem. Lambertin. de jurepatron. lib. 3. cap. 3. art. 3. num. 6. Covarrub. variar. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 8. Barbosa in cap. Nobis 25. de jurepatronat. num. 7. & lib. 3. juris ecclesie univers. cap. 12. n. 116. Ventriglia loc. cit. num. 8. Rota in una Reg. Prioratus 1. Julii 1596. coram Penia, confirmata 19. Junii 1598. & in Neapolitana Alimentorum 11. Junii 1616. & 10. Aprilis 1617. coram Pirovano, & sæpe alibi, arg. cap. Contra 29. caus. 16. quest. 7. ibi: Si fundatores ecclesiarum ad inopiam vergere cœperint, & cap. Nobis 25. de jurepatron. ibi: Si ad inopiam vergat.

Alimenta patrono debentur ab Ecclesia, seu Beneficiato solum ex superfluis ad Ecclesiam, seu Beneficiatum necessitate: Primo enim loco, & ante omnia Ecclesia, seu Beneficiatus debet providere propriæ necessitati, & cultui divino, & deinde si ultra necessaria ad suam congruam, & honestam sustentationem, & Ecclesie, seu Beneficii reparationem, & manutentionem redditus adhuc superfuert, de his subvenire debet patrono; arg. cap. Ita nos 25. in fine caus. 25. quest. 2. In simili enim casu, & non aliter etiam liberus est gratitudine obligatus tenetur alere patronum; leg. Si quis, §. Alimenta, ff. de agnosc. & alend. liberis. Sic Lambertin. de jurepatronat. lib. 3. quest. 2. art. 3. num. 1. 7. & 8. Riccius in praxi part. 3. resolut. 293. num. 2. Abbas in cap. Nobis 35. de jurepatronat. num. 6. Butrius ib. n. 22. Surd. de alimentis tit. 7. quest. 32. n. 1. Pirhing. lib. 2. decretal. tit. 38. num. 37. Reiffenstuel ib. num. 115. Barbosa lib. 3. juris ecclesie univers. cap. 12. num. 217. Pitonius tom. 1. de contr. Patron. allegat. 44. num. 20. & Communis aliorum.

Immo hæc qualitas, scilicet quod fructus Ecclesie, seu Beneficii supersint, deductis necessariis pro Beneficiato, & cultu divino, reparationibus, instauracionibus, vasis ac ceteris rebus Ecclesie necessariis, est probanda per patronum petentem alimenta, ad hoc, ut possit obtinere in judicio alimenta prædicta; c. Ita nos 25. in fine caus. 25. q. 2. Glossa in c. Quicumque 30. caus. 16. q. 7. verb. Ad inopiam: Abbas in cap. Nobis 25. de jurepatronat. num. 6. Bartol. in leg. Si quis à liberis §. De alimentis, ff. de liber. agnoscend. & alii passim, & Rota in Neapolitana alimentorum 31. Maii 1606. coram Manzanedo, & in eadem causa coram Pirovano 11. Jan. 1616.

Insuper licet Beneficiatus habeat ex patrimonialibus, vel aliis per eum licite acquisitis, unde commode sustentari possit, adhuc ex fructibus beneficii Jurepatronatus potest detrahere victum, & alia necessaria, & deinde si aliquid superest, succurrere patrono. Lambertin. de jurepatron. l. 3. quest. 3. princip. art. 5. num. 2. & 3. Ventriglia tom. 2. de jurepatronat. annotat. 1. §. 4. n. 35. & alii passim.

Si patronus habet avum, aut patrem, aut fratrem divitem, à quo possit alimenta consequi, vel sit Religiosus professus, non debentur illi alimenta à Beneficiato; nec si posset sine præjudicio suæ salutis, gradus, & nobilitatis ex industria sibi victum quæret; Lambertin. loc. cit. art. 3. num. 4. Loshet de re benef. lib. 2. quest. 5. num. 35. Ventriglia loc. cit. n. 30. & 36. ubi citat Rotam, & sic alii plures. Item non debentur ali-

alimenta patrono, cessante ejus inopia; cum enim inopia sit causa præstationis prædictorum alimentorum, stat clarum, quod ea cessante, non sint illa amplius præstanda; cap. Cum cessante 60. de appellatib. lbi: Cum cessante causa cesset effectus. Item patrono non debentur amplius alimenta propter ejus ingratitude; cum enim patronus quicquid Juris habet in ecclesia, totum ex gratia possideat, & de speciali gratia toleretur; c. Quoniam 3. de Jurepatr. & lbi, Fagnan. num. 7. & alii communiter, si evadat ingratus ecclesie, debet ab ipsa tali Jure alimentorum privati, sicut in casu ingratitude privatur Filius sibi debitis alimentis. Surd. de alimentis tit. 7. quest. 32. num. 6. & sequent. Rebuffi, in tract. congrua portio. num. 135. Paulus de Ciudad. tract. de Jurepatr. p. 6. art. 4. num. 164. Barbosa lib. 3. Juris eccles. univers. cap. 12. num. 218. Ventriglia loc. cit. num. 2. & alii. (Lit. E. ex pag. 365.)

132 Limitatur tamen hoc cum patrono ingrato poenitente, cui benigna mater Ecclesia benigne parcat. Surdus loc. cit. Ventriglia loc. cit. & alii.

133 Alia ad rem, & signanter quæ ad onera patronorum, Vide verb. Ecclesia art. 3. d. num. 63. ad 73. & verb. Utensilia d. num. 8. utque in finem.

134 * Juspatronatus cujuscumque altaris, vel capellæ existentis in basilica Assisiensi S. Patris Francisci, in consilio Pontificæ, concedi non potest. Nec jus sepulchri, vel scanni apponendi. Bened. XIV. const. incip. Fidelis Domini §. 14.

135 Si patronus Ordinario approbante, eam erecto à se beneficio in limine foundationis, vel etiam ex intervallo, ob reservatam sibi facultatem, adjecit conditionem, ut deficientibus in vocata familia Clericis, possint etiam laici ejusdem familiæ fructibus beneficii sic erecti gaudere, cum onere per capellanum satisfaciendi missarum oneribus, tunc poterunt etiam hi dictos fructus percipere, non jure, & titulo beneficii, sed Jure secularis administrationis, donec aliquis veniat de dicta familia qui sit Clericus, absque onere recitandi horas canonicas, ut ex rationibus allegatis, & receptis Sac. Cong. Conc. in Senogall. capellanis 9. Maii, & 6. Junii 1750. in qua ad sequentia dubia:

- I. An erectio Juspatronatus, de quo agitur, sit verum beneficium, vel potius juxta reservationes à fundatore appositæ, sit verum legatum pium laicale, ita ut Lælius, qui clericare non vult, suos facere possit fructus ejusdem Juspatronatus, cum onere tantum per alium celebrandi missas à fundatore præscriptas? Et quatenus negativæ quoad primam partem, & affirmativæ quoad secundam.
- II. An Lælius volens clericare, pervenit ad ætatem viginti annorum, possit percipere fructus legati pii relicti, de quo agitur, absque eo quod teneatur ad recitationem divini officii in casu &c.

Et dicta Sac. Cong. die 6. Junii 1750. Respondit:

- Ad I. Affirmative ad primam partem, quo vero secundam partem, facta per Lælium renuntiatione beneficii, & clericatus, affirmative.
- Ad II. provissum in primo.

136 Sic in Thesuro Resolutionum Sacræ Cong. Conc. dicti an. 1750. in Senogallien. capellanis ubi ad id adducitur consimiliis Resolutio in Derthonen. 15. Aug. 1730. quæ jam fuerat allata in Thesuro dicti an. 1730. in Segovien. capellanis, §. Ceterum: præcisus his verbis. Sacra Congregatio commisit Episcopo, ut ad erectionem præfati beneficii deveniat, omnesque supradictas conditiones approbet, atque confirmet, modificata tamen ea conditione, qua dicitur, quod primogenitus frui possit beneficio etiam in statu laicali, & conjugali, in hunc modum, videlicet, quod primogenitus frui possit fructibus beneficii vacantis, quousque superveniat alius capax de familia, satisfaciens interim oneribus missarum per capellanum ab eo eligendam.

Vide ibi, ubi multa ad rem.

Alia ad rem vide, verb. Patroni, verb. Præsentatio, signanter vero quoad onera patronorum, vide verb. Ecclesia art. 3. d. num. 63. ad 73. & verb. Utensilia d. num. 8. ad fin. Vide etiam verb. Juspatronatus Art. IV. *

¶ Primarium jus, quod patroni sibi vindicant, est præsentatio. Distingui autem debet præsentatio à nominatione. Hæc enim est designatio, & electio subjecti Episcopo exhibendi pro institutione. Illa vero est exhibitio Episcopo hujus subjecti designati & electi pro institutione; Rota in Augustana Canonica 6. Maii 1718. cor. bon. mem. Cerr. Confer etiam eandem Rotam in Casenat. Vicaria 9. Maii 1729. cor. bon. mem. Gamach. 142 ubi clarius explicatur in quo consistat, & quando dicatur expleta præsentatio.

A nominatione potest quilibet patronus resiliere, nequaquam vero à presentatione. Num id ipsum obtineant in nominatione compatroni, vide apud Rotam in Auximana Juspatronatus. 27. Junii 1718. cor. bon. mem. Gamachet. Præsentatio vero præcedentis revocatoria nullitate laborat, non absoluta, quæ ab omnibus opponi potest, sed relativa, quæ juxta indolem nullitatis relative ab eo tantum opponi valet, qui fuerat primitivus præsentatus, & sic præjudicium sensit.

Nominatio quandoque fit à pluribus, ut si pluribus competat Juspatronatus. At interest scire utrum iis qua collegio, an qua singulis Juspatronatus competat. Priori casu vota majorum intuitu collegii designant præsentandum, posteriori vero casu majora simpliciter sufficient, hoc est non intuitu omnium Compatronorum, sed aliorum, qui simul ab aliis designantur, ut si fuerint quinque patroni, & duo designent Cajum, tres reliqui vero alium, atque alium; Cajus nominatus censetur; Bohemer. in decret. lib. 3. tit. 38. §. 70. Bruneman. Jur. eccles. lib. 2. cap. 8. §. 18.

Inter jura honorifica patronis debita patronum tenet honor precum in eo consistens, quod primum nominatum in precibus publicis Deo sint commendandi; de Roye de Jur. honorif. in eccles. lib. 1. cap. 6.

Origo hujus Juris peti debet ex antiquissimo illo more recitandi inter missarum solemniam, nomina eorum, quorum insignia in ecclesiam extabant merita. Meminit hujus moris Innocentius I. Epistol. ad Decentium Episcopum Eugubinum apud Justellum, & Voellium tom. 1. Bibl. Jur. Can. vet. Etiam pro patroni uxore, & liberis nominatum orandum esse tenet Bohemer. in decret. lib. 3. tit. 28. §. 129.

Hæ supplicationes, quæ in precibus publicis fiunt, sunt ordinariæ. At quæri solet, An patronus extra ordinem exigere possit solemnes supplicationes & gratiarum actiones ad Deum per hymnum decantatum Te Deum laudamus, si forsân à gravissimo malo morbove liberatus sit? Affirmat Bohemer. in decret. lib. 3. tit. 28. §. 131. At male meo iudicio.

Nihil enim amplius patrono concedendum, quam quod ei à jure concessum est. At à jure concessum Patrono haud est, ut extra ordinem exigere valeat canticum Te Deum laudamus.

Quinimmo Cardin. Petr. in commentar. ad const. Apost. const. 7. Gregorii IX. num. 57. tenet, nec in supplicationibus ordinariis exprimi posse nomina patronorum vivorum, sed tantum defunctorum. Sed standum hic est observantia, ut non male tradit Bohemer. in 18. decret. lib. 3. tit. 28. §. 126.

Ad jura honorifica patronorum refertur luctus Ecclesiasticus morti patroni, vel eorum, qui sunt de ejus familia, dicandus.

Patrono etiam debetur honor sedis in ecclesia sua, tum debetur primus locus in processione. Honor sedis ex loco honoratorii, & nobiliori æstimatur, qualis est chorum, seu sacrarium solis Clericis sacratris dicatur; De Roye de Jur. honorif. in eccles. lib. 2. cap. 3. ubi in primis provocat ad Synodum Wigornensem anni 1240. cap. 3. ubi hæc sancita: Ne laici sint in cancellis dum celebrantur divina, salva tamen reverentia patronorum, & sublimium personarum. Sed patrono deberi sedem extra chorum, licet in digniori loco, tenet Card. Petra in

in commentar. ad const. Apost. const. 7. Greg. IX. numer. 55. & seq.

159 Hoc etiam præterea honori patronorum datur, ut possint sedilia fixa, & propria habere, quod olim ceteris denegatum, ut indicat Synodus Exoniensis anni 1487. cap. 2. apud Harduin. tom. 3. Concil.

160 Hic accedit honor sepulture, ut non solum in ipsa ecclesia, sed & in loco ejusdem honoratiore sepulcrum sibi, suæque genti constituere valeat patronus; de Roye de Jur. honorif. in eccles. lib. 2. cap. 3.

161 Quinimmo sine consensu Patroni nemini sepultura concedi in ecclesia potest; Van-Espen. Jur. eccles. univ. part. 2. tit. 25. cap. 7. §. 25.

162 Hæcenus de juribus honorificis patrono debitis, de quibus tamen, qui plenam cupit tractationem, adeat du Perroy, dans son traité des droits honorifiques & utiles des patrons. De alimentis patrono debitis, vide quæ diximus in addit. ad verb. Alimenta. Et an patrono jus aliquod in bona ecclesie competere possit, consule Cardin. Petr. in commentar. ad const. Apost. constitut. 7. Greg. IX. num. 18. & plur. seq. §.

165 Juspatronatus cujuscumque altaris, vel capellæ existentis in basilica Assisiensi S. Patris Francisci, incon-sulto Pontifice, concedi non potest. Nec jus sepulchri, vel scanni apponendi; Bened. XIV. const. incip. Fidelis Dominus §. 14.

166 ¶ De Juspatronatus reali seu annexo aliqua hic addere inutile haud est. Porro si agatur de beneficio ab antiquo fundato, posito in oppido, cui annexum prætenditur, & dotato præterea ex ejus redditibus, præsumptio est pro annexione Juspatronatus oppidi illius, etiamsi desit instrumentum foundationis, ita ut qui contrarium prætendit, eam excludere teneatur; Confer. Bohemer. in Decretal. lib. 3. tit. 38. §. 107. Adle Piton. de controvers. patron. allegat. 100. num. 216. Fargen. de Juspatron. part. 2. canon. 14. & 15. cas. 2. num. 12. & seq. Rota coram Caprar. dec. 214. num. 7. & 15. coram Molin. dec. 609. num. 16. & in Constantien. Juris nominandi 25. Junii 1751. §. 6. coram bon. mem. Vicecomiti.

167 Observantia quoque declarare potest, an Juspatronatus sit annexum, necne. Si enim ille semper præsentantur qui potit sunt oppido cui prætenditur annexum, pro annexione respondendum est, tum concurrentibus circumstantiis mox expositis, tum etiam iis non concurrentibus; Loter. de re benefic. lib. 2. quest. 4. n. 98. Dunod. de præscript. bon. eccles. pag. 33. edit. Paris. anni 1753. Rota coram Kaunitz dec. 204. num. 1. in

Pennen. seu Adrien. Juspatron. 12. Martii 1711. §. 15. coram bon. mem. Rati. inter impress. dec. 300. num. 3. & seq.

Posita vero adnexione dubitari solet, utrum juspatronatus quoad exercitium spectet ex æquo ad omnes possessores oppidi illius, an pro partibus ejusdem. Ex æquo pertinere, videtur sentire Franciscus de Roye in prob. gom. ad tit. de Juspatron. cap. 19. §. Sed eam: At prævaluit opinio tenens, quod spectet pro partibus, Card. de Luca de Juspatronat. discurs. 61. numer. 6. Rota coram Molino dec. 947. n. 133.

(Si quæ verb. Anniversarium, Arma, Beneficium, Familia, Fideicommissum, Insignia &c. sunt ostensa, quilibet reminiscitur, illico confitebitur, nil aliud ad hujus verbi intelligentiam requiri; nihilominus tituli 15. p. 1. venit mihi in mentem; ideo in eo contenta obiter pertingam.)

Quindecim leges amplectitur: quid sit patronus, & quibus modis acquiratur juspatronatus, per primam ostenditur; quas utilitates is habeat, si inopia laboraret, per secundam; per tertiam quæ onera sustinere debet; nil ab eo ex ecclesia patronata accipiendum, præter assignatum, per quartam proponitur; per quintam nullum alium esse instituendum in beneficium juspatronatus, nisi præsentatio à patrono facta præcesserit; per sextam & septimam discrimen constituitur, dum fit præsentatio à laico seu ecclesiastico patrono, nam ille potest variare, alium etiam nominando, iste vero non: nullus potest se ipsum nominare, inter presentantem, & presentatum est habenda discretio, sed inter patronos unum ex illis quis ambigit nominari valere, & recte pater filium presentavit; de uno ad alium juspatronatus transitum quomodo efficere posse, per Octavam deciditur; per nonam de eodem agitur; quid juris in discordia patronorum, per decimam decernitur, per quod tempus ab Episcopo præstolandum, si inter duos patronos super patronatus jure orta fuerit contentio, lex undecima disponit: per leg. duodecimam asserit, esse juspatronatus indivisibile; (vid. hic vers. Conformis: per decimam tertiam super quibus personis debeant presentationes effici, aperte exponitur: de ecclesia sunt eligendi, nil disponente fundatore: hæc deficientibus, de Episcopatu; lex decimaquarta de clericis pertractat ad titulum alicujus ecclesie, ac sacros ordines promotis, cum patroni consensu aut sine eo; per decimam quintam causæ recensentur ob quas laicis hoc jus fuit concessum.)

FINIS TOMI QUARTI.

